

hit. Sed & formicantes verrucas & pensiles,
quas acrochordonas vocant, clauosque tol-
lit. Iecur ipsius dentium cauernis inditum,
dolores eximit. Tota verò dissecta & impo-
sita, ieiros à scorpione leuat.

De Sepe. CAP. LXX.

SEps, quam nonnulli lacertam Chalcidi-
cam vocant, ex vino pota, quos momor-
derit iis medetur.

De Scinco. CAP. LXXI.

SCINCVS quidam in Ægypto, alias in
India, alias ad mare Rubrum gignitur.
Est & alias, qui apud Libyam Mauritanie
fluum reperitur. Est verò crocodilus ter-
restris sui generis, qui addito nasturtio sale
conditur. Aiunt porro partem eam quæ re-
nes amplectitur, drachmæ pondere in vino
potam, Venerem accēdendi vim habere: at-
tamen lentis decocto cum melle, aut se mi-
ne lactucæ cum aqua poto intensam illam
Veneris cupiditatem inhiberi. In antidota
quoque additur.

De Terrenis Germibus. CAP. LXXII.

TERRENI vermes triti & impositi, præ-
cisos neruos glutinant, ac tertianas
quoque soluunt. Decocti verò cum anseri-
no adipe & instillati, affectis auribus me-
dentur. In oleo autem decocti si oppositæ
auriculae infundantur, dentium doloribus

L. iiij.

præstant auxilium. Trī quoque & cum paf
so epoti,vrinas ciunt.

De Mure araneo. CAP. LXXXIII.

Mvs araneus dissectus & impositus, con
tra suos morsus remedio est.

De Muribus. CAP. LXXXIII.

MVR̄ES domesticos dissectos scorpio-
num ic̄tibus vtiliter imponi est in cō-
fesso: si verò inassati à pueris in cibo suman-
tur, ipsorum oris saliuam exiccare.

De Lacte. CAP. LXXXV.

LAc generatim omne boni succi est, cor-
pus alit, ventrem mollit, stomachum &
intestina inflatione vexat: vernum tamen a-
quatius æstiuo: & quod è viridi pascuo est,
aluum magis emollit. Probatur candidum
& æquali crassitudine, quodque vngui in-
stillatum, conglobatur. Aluum minus ten-
tat caprinum, quoniam capræ astringenti
pabulo magna ex parte vescuntur, queru-
lentisco, frondibus oleaginis, & terebintho:
quam ob causam stomacho etiam euadit
accommodatum. Ovillum autem crassum
est, dulce ac præpingue: sed non vsque adeò
stomacho vtile. At bubulum, asinimum, & e-
quinum, aluum magis soluunt, ipsamque
turbant. Quibus vero in locis sc̄amoniūm,
veratrum, mercurialis & clematis sunt pro
pabulo, lac omne ventrem stomachūmque
subuer-

subuerit: quale in Vestinis montibus à nobis obseruatum est. Siquidem capræ veratri albi folia cùm primū erumpunt depascentes, & ipsæ euomunt, & lac quoque reddunt euertendi stomachi vim habens atque nauseosum. Porro decoctum lac omne, & id quidem maximè à quo silicum ignitorum vi poitio tenuior exhausta est, ventrem ac strigit, ac omnibus in yniuersum internis exulcerationibus auxiliatur: præsertim verò gutturis, pulmonis, intestinorum, renum, ac vesicæ. Quin & contra summæ cutis pruritus, papularum eruptiones & vitiatos corporis succos recens exhibetur cum melle crudo, addito sale & exigua aqua dilutum. Minus verò inflat, quodcunque semel feruefactum est. Cæterum decoctum cum calculis ad dimidijs, alui fluxiones ulceratione comitatas adiuuat.

De Sero lacte. CAP. LXXXVI.

Lac quodcunque, implicitum habet sibi serum: quod quidem à laete diuisum, redditur ad purgationem efficacius. Exhibetur porro quibus citra acrimoniam deiectionem moliri volumus, vti melancholicis, comitalibus, atque in lepra, elephantiasi & papularum toto corpore eruptionibus.

De Schistolaeti. CAP. LXXVII.

Diuiditur autem lac omne, si fistili noto
L. iiiij.

ferueat, & ficalneo ramo recens desecto me-
ueatur: ac posteaquam bis tērve efferbuerit,
affundātur acetū mūlsi totidem cyathi, quot
sunt heminæ lactis: ita enim discedit serum
ab eo quod caseosum est. Sed oportebit vt
ne lac feruendo circunfundatur, inter co-
quendū continenter spongia ex frigida
fictilis labrum detergere, sextariūmque ar-
genteum frigidæ aquæ plenum demittere.
Bibitur porro serum heminis per interval-
la singulis usque ad quinas, ita vt interce-
dentibus spatiis potantes deambulent. Lat-
autem recens, etiam efficax est contra rosio-
nes & inflammations à medicamentis e-
xitialibus factas, vti à cantharide, pinorum
eruca, salamandra, aut bupreste, auripigmen-
to, dorycnio, aconito, aut ephemero. Ad
hoc verò priuatim bubulum maximè con-
fert. Gargarizatur & ad oris ac tonsillarum
exulcerationes. Asinimum verò peculiariter
ore collutum, gingivias dentésque stabilit.
Fluxiones autem alui ulceratione comitatas
ac tenesmos, ouillum, bubulum, aut capri-
num candentium silicum ope decoctum, si-
stit. Quinetiam per se & cum hordeacea
prissana aut chondri cremore infusum, ro-
siones intestinorum magnoperè mitigat:
exulceratæ quoque vulvæ infunditur.

De

De Lacto muliebre. CAP. LXXVIII.

Lac muliebre dulcissimum est, & maximè alit. Mammis exuctum, prodest ad stomachi roSIONEM ac tabem: valet & contra haustum leporem marinum. Thuris verò pollini admixtum, oculis ab iētu crōre suffusis instillatur. Podagricis quoque utile est, cum meconio & cerato illitum. Cæterū in lac omne contrarium spleneticis, hepaticis, vertiginosis, comitialibus, neruorum virio laborantibus, febres habentibus & capite doloribus: nisi si quis purgationis gratia, vti demonstratum est, schistum exhibeat. Sunt qui narrent lac primiparæ canis perunctum pilos abolere, ac potum contra venena antidoti vicem obtinere, necnon & mortuos fœtus eiicere.

De Caseo recenti. CAP. LXXIX.

CASEVS recens ac minimè salsus in cibo sumptus, probè alit, stomacho utilis est, ac facilè in membra distribuitur: corpus auget, aluūmque moderatè mollit: alius tamen alio præstantior est, pro natura lactis è quo conficitur. Decoctus autem & expressus, dein inassatus, altum sistendi vim acquirit: prodest verò impositus oculorum inflammationibus atque sugillatis. At qui recentis salitus est, si comedatur, minus alimenti præbet, ad minuendū corpus idoneus.

est, stomaeho aduersatur, aluum denique & interanea offendit. Vetustior, aluum fistit. Cæterum quod è caseo manauit serum, canes quam optimè alit.

De Hippace. CAP. LXXX.

Quod Hippacen vocant, caseus est equinus: qui quidem virus redolet, at magnoperè alit, bubulo proportione respodens. Sunt tamen qui equinum coagulum hippacen appellauerint.

De Butyro & eius fuligine.

CAP. LXXXI.

LAUDABILE paratur Butyrum è lacte pinguissimo, quale ouillum est: fit & ex caprino, agitato in vasis lacte, donec pingue separetur. Molliendi facultate prædictum est, vimque habet olei: vnde & largius epotum, & aluum relaxat, & contra venena, si desit oleum, usurpatur. Cum melle affixum, dentitiones adiuuat, ginguarum pruritus in infantibus & oris ulcera emendat. Foris vero illitum, corpus reddit habitius, & à psychdraciis tuerit atque conseruat. Est & efficax contra inflammations ac duritias yuluz, quod certè quidem neque putidum neque vetustum fuerit: ad dysenterias quoque & coli ulcerationem infunditur. Denique in suppuratoria medicamenta utiliter additur: maximè vero in acruorum, meningum, vesicæ,